Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IOB

non uident lucem subito aer cooper
tur in nubes et uentus transiens
fugabit eas. ab aquilone aurum ue
nit. et ad deum formidolosa laudatio
Disce cum iuuenire uo possum
magnus fortitudine et iudicio et i
stiae enarrare uo pt. Ideo timebunt
eum uiri et non audebunt contempla
ri omnes qui sibi uidentur esse sapi

Respondens autem dominus iob de turbine dixit. Quis
est iste inuolucens sententias ser
monibus imperitis. accinge sicut uir
lumbos tuos interrogabo te et responde
bis mihi. Vbi eras cum ponebam
fundamenta terre indica mihi si habes
intellectum. quis posuit men
suras eius si nosti. uel quis tetendit
super lineam eam super quam bases il
lius solidate sunt. Aut quis dimi
sit lapidem angularem eius. cum
me laudarent simul astra matutina
et iubilarent omnes filii dei. Quis
conclusit hostis mare quando eru
pebat quasi de uulua procedens cum
ponerem nubem uestimentum eius
et caligine illud qui pannis infante
obuoluerem. Circumdedi illud terminis
meis et posui uectem et hostia et dixi usque
huc uenies et non procedes amplius
et hic conteres tumentes fluctus
tuos. Numquid post ortum tuum preceptum
isti diluculo et ostendisti aure locum
suum et tenuisti continens extrema
terre et excussisti impios ex ea restin
guitur ut lutum signaculum et stabit
sicut uestimentum. Auferetur ab
ab impiis lux sua et brachium sum
excelsum confringetur. Numquid in
gressus es in profundum maris et in
nouissimis abyssi deambulasti. nu
quid aperte tibi sunt porte mortis
et hostia tenebrosa uidisti. Numquid
considerasti latitudinem terre indica
mihi si nosti in qua ma iset lux et
tenebrarum quis sit locus. ut ducas
unuqque ad terminos suos et intelli
gas semitas domus eius. Sciebas
tunc quod nasciturus esses et num
dierum tuorum nouerias. Numquid in
gressus thesauros niuis aut thesau
ros grandinis aspexisti que preparauit
in tempus hostis in diem pugne et
belli. per quam uiam spargitur lux et di
uiditur estus super terram. Quis dedit
uehementissimo imbri cursum suum
et uiam sonantis tonitrui ut pluu
ret super terram absque homine in deserto
ubi nullus mortalium commoratur
ut impleret inuiam et desolatam et
produceret herbas uirentes quis
est pluuie pater. uel quis genuit stil
las roris. de cuius utero egressa est
glacies et gelu de celo quis genuit
In similitudinem lapidis aque diri
guntur et super facies abyssi constringitur
Numquid coniungere ualebis micantes
stellas pliades. aut gyrum arcturi
potes dissipare. numquid producis lucife
rum in tempore suo et uesperum super filios
terre consurgere facis. Numquid nosti
ordinem celi et pones rationem eius
in terra. Numquid eleuabis in nebula
facem tuam uocem et impetus aqua
rum operiet te. Numquid mittes fulgura.